

4 Jus.
8102

DISSE^TAT^O IVRIS GERMANICI
QVAEDAM

DE
MORTVARIO
EX IVRE OSNABRVGENSI
CAPITA CONTINENS

Q V A M
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO II.

HASSIAE - LANDGRAVIO RELIQUA

PRAESIDE
JOANNE NICOLAO MOECKERT


PHILOSOPH. ET IVRIVM DOCT. EORVMQVE ET MORALIVM
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
FAVTORE AC PRAECEPTORE MAXIMOPERE
DEVENERANDO

PRO GRADV DOCTORIS
SYMMISQVE IN VTROQVE IVRE HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
RITE AC LEGITIME CONSEQVENDIS
CELEBERRIMORVM
ERNESTINAE PROCERV^M DISQVISITIONI

S V B M I T T I T
IVSTVS FRIDER. ANTON. SCHLEDEHAVS
ADVOCATVS ORDINARIVS OSNABRVGENSIS.

DIE II. AVGUST. M D C C L X X I X.

R I N T E L I I,
LITTERIS A. H. BOESEND AHL, ACAD. TYP.



DISSE^TRAT^O IN AVG^VRALIS
QVAEDAM
DE
M O R T V A R I O
EX IVRE OSNABRVGENSI CAPITA
CONTINENS.

S. I.

ORDINATIO IVRIS PROPRIETARI^I OSNABRVGENSIS,
VTI ALIAE LEGES ARBITRARIAE, NON
CARET VITIIS.



Legum positivarum fere communis est con-
ditio, ut illis, aut non nihil facile addi,
aut demi possit. Et temporum vicis-
tudo, & rerum, uti Philosophi loqui solent, indivi-
duarum natura legislationi diligentissimae obest, ne

A leges

leges ferantur omni-ex parte perfectae. Cum enim res individuae appellantur, in quibus omnia determinata sunt, quae determinari simul possunt, quaeque de aliis dici nequeunt, & actiones, quae fiunt, rerum individuarum veniunt nomine, facile est perspectu, leges arbitrarias, quae ex regula de generibus vel actionum speciebus dantur, nec quascunque cuiuslibet actionis, quae fit, determinationes complectuntur, non omnium causarum dirimere posse quaestiones, controversas. Quae cum ita sint, non mirum est, si & ordinatio colonaria Osnabrugensis^{a)}, et si observantiae maxime consensanea & multis capitibus sit valde completa, non tamen omnibus careat naevis. Quorum quidem exempla hic multa allegare supersedeo, non nulla tamen, qui hujus potissimum scriptioris ansam dederunt, proferam, & ea de re pro virili parte, quam exiguum esse, puto, differam. Existunt enim non paucae in episcopatu Osnabrugensi de mortuario hominum propriorum controversiae, quae pro re nata tum de quantitate, tum vero de jure percipiendi varie & diverse agitantur.

§. II.

VARIAE NOTIONES HOMINIS PROPRII TRADITAE SOLENTE.

Praemittenda vero quaedam prius notiones sunt, quam ad quaestiones de mortuario quasdam excutiendas me

^{a)}. Quae est promulgata d. XXV. Apr. c. 10 CCXXII.

me accingo. *Hominem proprium, Blut, - und Guteigenen, Eigenbehörigen, Leibeignen, Halseignen*, vere eam intellico personam rustici ordinis, alteri tam quoad res possellas, quam quoad personam & familiam, proprietatis nexu obstrictam. Nec aliter sentire videntur, qui hominem proprium versari in servitute personali & reali, vel esse personam cuiusdam dominio, arbitrantur, adscriptam. Quae omnia in eo consentiunt, hominem proprium esse personam intuitu cuiusdam fundi in dominio alterius. Ast a me distat CAROL. GERH. CXL. LÖDTMANN b), ea de re ita verba faciens: *Homo servus vel proprius, nobis ut plurimum ein Eigenbehöriger dictus ille, in cuius personam certa quaedam jura tertio cuidam privato competunt*, cum haec notio, ut cum logicis loquar, modo latior, modo angustior sit suo definito. Nam non quivis alii ratione quorundam jurium obnoxius, semper vinculo tenetur hominis proprii, & principi esse hominem proprium, hujus non repugnat notio. Quam ob rem hanc

A. 2

defini-

b) In commentat. de divisione personarum secundum consuetudines Osnabrugenses edit. a IVST. FRID. LÖDTMANN Osnabrigi c. 10 CC LXVIII §. III. Quibus tamen dictis nihil detraetum esse velim justissimae laudi & autoris, & editoris, utriusque de re publica litteraria Osnabrugensi optime meriti. Vide tamen V. C. J. V. D. IOH. CHRIST. BEVERFÖRDE de negot. & spec. de nupt. hom. prop. §. II.

definitionem jam pridem incudi tradidit acutissimus JCtus A. F. SCHÖTT^c). Is autem, cui tali modo obstrictus est homo proprius, *dominus proprietarius, der Eigenthumsherr, Gutsherr, Leibherr, Halsherr*, vocatur. Quanquam homines proprii re convenient, cave tamen homines proprios Osnabrugenses, vel cum aliis similibus^d), vel cum colonis inquitinisq[ue] Romanorum, vel etiam cum aliis hominibus propriis extra Westphalam degentibus^e), confundas. Homines enim proprii Osnabrugenses in pluribus juribus ab aliis differunt.

§. III.

- c) *Unpartheyische Critik über die neuesten juristischen Schriften Tom. I. Part. III. Num. VI.*
- d) Quorsum refero apud nostrates die Winnerben, de quibus consult. GEORG. THEOD. KLÖVEKÖRN in peculiari dissert. Osnabr. 1776. egit, *Wetterfreyen, St. Petersfreyen* aliasque.
- e) Id quod in specie de hominibus propriis Megapolitanis Perill. IVSTVS MOESERVVS in der allgemeinen Einleitung zur Osnabrückischen Geschichte §. L. XVII. nota b) monet. Hujus viri summi, praceptoris communis juris Osnabrugensis, quid, scriptoris totius Germaniae excellentissimi, verba ipsa recitare lubet: *Es wird Fremden unwohrscheinlich vorkommen, daß es Fälle gäbe, wo man sich mit zehn tausend Thaler in den Leibeigenthum kaufe. Indessen sind sie doch vorhanden, und keiner wird Leibeigen umsonst. Hierinn nimmt sich der Westphälische Eigenthum merklich vor den Mecklenburgischen aus; und die Rechtsgelehrten irren ungemein, welche zwischen beyden auch nur die geringste Vergleichung anstellen. Der Mecklenburger ist ein leibeigner Heuermann, der hiesige aber ein leibeigner Erbzinsmeyer. Jener wird von seinem Herrn in die Landes- und Kriegsführ geschickt, als ein gemieteter Knecht; dieser wird aufgeboten als ein Unterthan des Staats; jenen straft, pfändet, versteuert, bestellt und richtet sein Herr, und er wird als ein Gefinde angenommen und entlassen; diesen straft, bestellte und richtet das Amt, und er versteuert sein Gut selbst. Jener ist ein überwundener Mann, dieser ein Contrahent. Im Mecklenburgischen haftet der Bezirk, worin der Leibeigne sitzt, dem Staat, und adliche Güter werden daher zu 4 bis 5 pro C. verkauft. In Westphalen haftet das Edelgut nicht, und man kauft es daher zu 2 bis 3 pro C. auch wol noch darunter.*

STATVS HOMINVM PROPRIORVM NON EX IVRE ROMANO
SED GERMANICO EST EXPLICANDVS.

Dissentit equidem AVG. a LEYSER, quif), conditio-
nem hominum propriorum Romanis cognitam fuisse
asserit, & : *Si jura Romana excutiamus, inquit, in illis*
quoque medium aliquod inter liberos & servos hominum genus
reperiri: quod in omnibus fere cum hominibus pro-
priis Germanorum conveniat, idque legibus a se alle-

A 3

gatis

*Mecklenburgischen aus; und die Rechtsgelehrten irren unge-
mein, welche zwischen beyden auch nur die geringste Verglei-
chung anstellen. Der Mecklenburger ist ein leibeigner Heuer-
mann, der hiesige aber ein leibeigner Erbzinsmeyer. Jener
wird von seinem Herrn in die Landes- und Kriegsführ ge-
schickt, als ein gemieteter Knecht; dieser wird aufgeboten
als ein Unterthan des Staats; jenen straft, pfändet, versteu-
ret, bestellt und richtet sein Herr, und er wird als ein Ge-
finde angenommen und entlassen; diesen straft, bestellte und
richtet das Amt, und er versteuert sein Gut selbst. Jener
ist ein überwundener Mann, dieser ein Contrahent. Im
Mecklenburgischen haftet der Bezirk, worin der Leibeigne
sitzt, dem Staat, und adliche Güter werden daher zu 4 bis 5
pro C. verkauft. In Westphalen haftet das Edelgut nicht,
und man kauft es daher zu 2 bis 3 pro C. auch wol noch
darunter.*

f) Med. ad pand. Tom. I. Spec. XVI. Med. III.

gatis Romanis stabilire allaborat. Multo magis progre-
diuntur & de via recta deflectunt w, a, LAVTERBACH g)
aliique, rati, nos a servis Romanis ad homines proprios
valide argumentari. Sed invito jure. Tutiiori potius
via incedunt, qui b) argumentum de hominibus propriis
esse juris domestici, nec cognitum a Romanis, JCTis &
legislatoribus, contendunt. Quamvis cum servis Ro-
manis conferri possint homines proprii, hi tamen illis
non sunt aequiparandi. Quas enim res non cogitave-
ris, quae quadam ratione cum aliis non comparari
possent?

§. IV.

NATVRA MORTVARII EXPLICATVR.

Mortuarium i) in significatu generali est jus suc-
cendi domino proprietario in bona defuncti hominis
proprii

g) Colleg. theor. pract. Tom. I. Lib. I. Tit. V. §. XV.

b) IVST, HENN, BOEHMER, Exercitat. ad pandect. Tom. I.
Ex. XVIII, §. III.

i) Hoc quidem sumitur I) pro re mobili, quam dominus
consequitur, II) pro jure succedendi, & quandoquidem
III) pro ipso actu. Sed prior & ultimus significatus non
ad nos. Variis insuper pro diversitate locorum, per-
ceptionis aliarumque circumstantiarum, sub nominibus
venit, quorum potiora haec sunt: *Ab und los, Baulebung,*

Bauling

proprietii competens. k) Hinc non tantum mobilia, sed
et immobilia noviter acquisita sub se comprehen-
dit

Bauling seu Buling, Beertheilung, Besthaupt, Besttheil,
Beutelrecht, Bidella, Butel seu Budtheil, Buleve, caduca
mortis, catallum s. cathelum, Curmedrech, emolumenta
successoria, Erbfall, Erbrecht, Erbschaft, Exuviae, Fall,
Fallbare Güter, Freyrecht, Fröhn-Lösin, Geläß s. Gläss,
Gewandt, Gewandtfall, Gewandtheil, Hauptfall, Haupt-
recht, Hausrecht, Jus caduci, Jus capitale, Jus luctuo-
sum, jura decefforia, Köhrrecht, Leibfall, Leibrecht,
Leibrecht, Leibgeld, Leibpfennig, luctuos, manus mor-
tua, morti-manus, Mortuaria cadueitas, Nahmherd,
Pensio de morte mancipii, Sterbfall, Todte Hand, Tod-
tenzoll, Todtfall, sive Todval, Trauerrecht, ultimus cen-
sus, Vahl, Valentius caput, Verfallenschaft, Waldmabl,
Weidmabl, Weiderecht, de quibus videndi sunt FERDIN.
CHRISTOPH HARPPRECHT in dissert. de jure mortuario
Tübingae CICIOCLXXXV. Cap. I. POTGIESSER de statu
servorum. Lib. II. Cap. XI. §. III. seqq. HERTIVS de ho-
minibus propriis Seet. III. §. IX. In eius opuscul.
Vol. I. T. II. pag. CXIX. Illustr. de SELCHOW Elem. jur.
German. privati. Part. spec. Lib. I. Cap. VI. Seet. II.
Tit. II. §. CCCLXXXIV. L. B. de CRAMER Observat.
jur. univ. Tom. II. Part. II. Obs. DCCXXXIV.

k) Ord. Col. Osn. Cap. VI. §. I. n. i. de V. (VINCKEN)
Gedanken über das Osnabrückische Eigenthums- oder Guts-
herren-Recht. Lemgo CICIOCCXXI. Cap. VI. §. I.
B. CAROL.

dit^o). In significatu speciali sumitur de successione in bona mobilia. De origine & fundamento hujus mortuarii eruditissime egit consultissimus J. V. D. FRANCK. FERDINAND. NIEBERG^m).

§. V MORTVARIO QVOQUE CONTINENTVR FRVCTVS PENDENTES.

Quaeritur hic, utrum *fructus pendentes* etiam ad mortuarium pertineant, an secus? Quam quaestionem JCtus quidam Osnabrugensisⁿ) negavit, idque quia mortuarium a mobilibus tantum peti possit, & fructus pendentes accessorium tantum immobilium constituant. At non obstante Ordinatione Colonaria Osnabrugensi Cap. VI. §. I. ubi mortuarium tantum ad mobilia tendi, asseritur, in aliam descendendo sententiam, quia secundum Cap. XI. §. I. dictae ordinationis bona tam mobilia quam immobilia propria sunt. Quin etiam nomina & actiones juri subsunt mortuario^o), quamvis ad

B. CAROL. GERH. GVIL. LODTMANN l. c. §. IX. klock de contributionibus. Cap. I. Num. CCL, seq.

^o Ord. Col. Osn. l. c.

^m In diff. de jure mortuarii ex legibus patriae dijudicato. Hardery. c*10CCCLXX* III. §. II. & III.

ⁿ In den Westphälischen Beyträgen de anno c*10CCCLXXV*. N. IX. & X.

^o Ord. Col. Osn. Cap. VI. §. VII & VIII.

ad mobilia proprie referri nequeant. Accedit, quod Ordinatio Colonaria Monasteriensis^p), ut *omnia bona & quae in praedio & in domo defuncti hominis proprii inveniuntur, ad mortuarium pertineant, sanciverit*. Fructus tandem a fundo separati percepti & existantes subsunt mortuario, quidni pendentes? cum juri Germanico sit consentaneum, fructus, maximo labore jam consumto eorum caussa, haberi acquisitos^q). Haud denique pauci domini proprietarii in episcopatu praeferunt Osnabrugensi absque hominum priorum contradictione fructus pendentes in mortuario percipiunt. Qua igitur in consuetudine dominus utique defendendus est.^r)

§. VI.

UTRVM MORTVARIVM PECVNIA REDIMI POSSIT, PENES
DOMINVM POSITVM EST. NEC HOMO PROPRIVS
VLTRA MODVM DE BONIS MOBILIBVS
DISPONERE POTEST.

Dominus porro proprietarius vel cum superstite homine proprio bona mobilia ipsa, id est, uti vulgo dicitur,

^p D. X. Maji c*10CCCLXX* in folio prodita. Parte II. Tit. VIII. §. II. & IX.

^q Spec. Saxon. Lib. II. art. LVIII. ubi verba ita: *des Mannes Saat, die er mit seinem Pflug wirkt, die ist vordienet, als die Egde darüber gehet, und des Garten, als er gerodet, gesaet und geharket ist.*

^r C. G. G. LODTMANN cit. comm. §. IX. ibique a BLECHEN.

dicitur, *in natura*, dividere ⁱ⁾), vel etiam secundum conventionem loco illius certam pecuniae quantitatem exigere potest ⁱ⁾). Id quod meri ejus arbitrii est ⁱⁱ⁾). Homo autem proprius, et si liberam administrationem rerum mobilium tanquam dominus in vivis habeat, non tamen in praejudicium domini proprietarii ejusque mortuarii, vel in praejudicium praedii ultra dimidiam partem mobilium disponere potest ^{v)}.

§. VII.

EXERCERI POTEST DIVERSIMODE MORTVARIVM.

Hocce mortuarium vel concernit *omnia bona*, quae homo proprius reliquit ^{x)} vel, *certam relictorum partem*.

Illud

ⁱ⁾ POTGIESSER l. c. §. XLVI. seq. Hinc paroemiae Osnabrugensis: *der Guts herrtheilet mit dem Eigenbehörigen den Löffel auf dem Spane.*

ⁱⁱ⁾ Conf. SCHOTTELIVS de singul. in Germ. jurib. Cap. II. §. XI. POTGIESSER l. c. §. XLVIII. pag. 579.

ⁱⁱⁱ⁾ Ord. Col. Osn. Cap. VI. §. I & V. Non autem in mero ejus arbitrio positum est, hominem proprium ad ineundam desuper conventionem cogere. Competit enim etiam homini proprio merum arbitrium, utrum cum domino mobilia dividere, an vero cum eodem de pretio convenire malit. Illud merum arbitrium reciprocum, hoc conventionem, hinc voluntatem reciprocum, continet.

^{v)} Ord. Col. Osnabr. Cap. XV. §. III.

^{x)} Licet ipse acquisivit. Quidquid enim homo proprius

Osn-

Illud nempe accedit, si homo proprius decedit viduus & absque liberis ^{y)}. Quo casu praeditum cum mobilibus omnibusque nominibus domino cedit plenarie. *Hoc* vero evenit, si vel homo proprius conjugem vel liberos reliquit. *Ilo* enim casu semissem, *hoc* vero quadrantem dominus consequitur. De quibus in sequentibus.

§. VIII.

SI DOMINVS UNO CONIVGE PROPRIO MORTVO SVCESSIT IN DIMIDIAM PARTEM, QVAESTIO MOVETVR, UTRVM MORTVO ALTERO CONIVGE CAPIAT SVPERSTITEM DIMIDIAM PECVLII PARTEM, ADEOQVE RELIQVA OMNIA BONA ?

Anceps hoc loco paucis discutienda quaestio est: utrum, ultimo conjuge proprio defuncto, dominus in

B 2

omnia

Osnabrugensis acquirit, domino acquirit. Ord. Col. Osn. Cap. VI. §. VI. Cap. XI. §. I. & II. Cap. XV. §. IV. Et hoc ex mixtura juris Romani cum jure Germanico nasci videtur.

^{y)} Intelligo libros cujusvis matrimonii, ut & fratres fororesve defuncti, qui quotam filialem ex praedio, quoniam, nondum naecti sunt & in proprietate domini adhuc vivunt. Tamdiu enim quis adest ex praedio, cui quota filialis nondum promissa, vel promissa, sed nondum soluta est, & in proprietate domini dedit, is in praedium succedit.

omnia ejus mobilia succedat, an vero in dimidiā? Qua de re ordinatio colonaria Osnabrugensis ^{a)} sic disponit: *Wenn einer von beyden im Ehestand lebenden Eigenbehörigen verstorbet, so wird die Halbscheid aller verlassenen Mobilien, als des verstorbenen Quota und Erbtheil vom Gutsberrn, falls er will, in natura gezogen, und der noch lebende Ehegatte, auch die Kinder, davon ausgeschlossen.* „*Die andere Halbscheid solcher Mobilien verblebet aber dem übergebliebenen Ehegatten, so lange, bis der oder die gleichfalls mit Tode abgehet, alsdann erbet der Gutsherr ferner.*“

§. IX.

QVAE IN UTRAMQUE PARTEM DISPUTATVR.

Diu certe inter JCtos in primis Osnabrugenses de sensu hujus §phi, in specie vero de significatu ultimae vocis: *ferner*: agitatum fuit, quorum nonnulli hoc intelligent de affe ^{a)}, alii vero de semisse. Et utraque quidem sententia, fateor, non destituta est rationibus, haud exiguis. Prior enim prae se fert eam, quod domino proprietario in casu, si homo proprius uterque absque liberis vita deceffit, universum praedium cum pertinentiis,

mobili-

^{a)} Cap. VI. §. III.

^{a)} E. g. Beat. c. G. G. LODTMANN l.c. §. V & IX. ill. IVST. FRID. AVG. LODTMANN in diff. inaug. sub tit. Varia juris civilis Osnabr. capita. Cap. I. §. VIII.

mobilibus & actionibus deferatur. Nam expressis verbis praecipitur, ut superstes semissis, demta dimidia parte peculii a domino, remaneat in superstite conjugē ad dies vitae, et, si hic ex ea abeat, cedat domino. Multo vero hac sententia verosimilior est aliorum opinio, qui domino semissē tantum tribuunt, idque, uti videtur, annente ipsa ordinatione colonaria Osnabrugensi ^{b)}. Loquitur enim ista ^{c)} generaliter de mortuario, quod sit dimidia pars mobilium relictorum. Si vero dominus proprietarius dimidiā partem, mortuo altero conjugē, jam percepit, & altera pars superstiti remansit, fit iterum pars integrans, de qua pars dimidia mortuario secundum ejus definitionem subjicitur.

§. X.

VERISIMILIOR SENTENTIA RECENSETVR.

At aliam amplector sententiam, nec alterutram dictam opinionem simpliciter sequendam esse censeo, neglecta congrua distinctione; & licet hic lex non distinguat formaliter, supponit tamen procul dubio varias distinctiones ^{d)}. Totam ergo altercationem sequenti,

B 3

arbitror,

^{b)} Loco (§. praec.) cit.

^{c)} Cap. VI. §. I. verbis: *der sogenannte Sterbfall ist der halbe Erbtheil der beweglichen Güther, so von denen im Eigenthum verstorbenen nachgelassen, &c.*

^{d)} Quod omnino colligere licet ex Ord. Col. Osn. Cap. VI. §. fin.

arbitror, solvi distinctione. Quodsi scilicet homo proprius improlis decedat, priorem (§ praec.), si vero liberos reliquerit, posteriorem sententiam (ibid.) obtinere putem, ut scilicet hocce in casu semissem, illo vero assem nanciscatur dominus proprietarius e). Id quod & analogiae juris & aequitati maxime consentaneum est.

§. XI.

QVAE, LICET IVRE MINDENSI ET RAVENSBERGENSI NON DISTINCTE TRADITVR.

De jure Mindensi & Ravensbergensi res aequa dubia videtur. Dicto enim in casu eandem fere cum ordinatione Osnabrugensi dispositionem legimus, verbis: *übrige Halbscheid aber bey dem superftite, bis derselbe gleichfalls abgehet, verbleiben, alsdann der Gutsherr fern erbet. (f)*. Quod autem in ordinatione Ravensbergensi novissima (g) nec repetitum nec enucleatum invenio.

§. XII.

e) Consenfiunt HARPPRECHT l. c. Cap. IV. §. VI. nec non Cap. VII. §. I. POTGIESER l. c. Lib. II. Cap. XI. §. XVI & XXXIII. seqq.

f) Ord. Col. Ravensbergensis Colon. d. VIII. Novembr. c. 10 C. LIX. Cap. I. §. XIX.

g) Typis expressa Berolini d. XXVI. Nov. c. 10 C. CXL.

§. XII.

IVRE TAMEN MONASTERIENSI VICINO CONFIRMATVR.

Optime contra rem totam tetigit Ordinatio colonaria Monasteriensis b), eamque plane exhausit, cujus verba non possum non hic inserere. Legimus enim: *Wann demnach von eigenbehörigen Eheleuten -- -- der Mann oder die Frau zu sterben kommt, erbet der Gutsherr von dem zur Zeit des Absterbens obhandenen sämmtlichen Vermögen die eine Halbscheid, und verbleibt die andere Halbscheid dem überlebenden Ehegatten; und wenn demnächst auch dieser ohne Hinterlassung ehelicher Leibeserben mit Tode abgehet, ist die dem leztlebenden verbliebene Halbscheid, und was derselbe weiter für sich gebracht und erworben hat, mithin das ganze Peculium nach Abzug der Schulden dem Gutsherrn mit Auschluß der nächsten Verwandten und Erben^{c)} ab intestato verfallen. §. III. Wenn aber der lezlebende Kinder hinterliesse -- -- muß derselbe sich mit der Halbscheidt des nachgelassenen Vermögens (weilen sonst denen Kindern nichts übrig bliebe) begnügen lassen. Quae constitutio*

b) D. X. Maji c. 10 CCLXX, in folio prodita, Parte II. Tit. VIII. §. II & III.

c) Ea enim, quae agmen scriptorum apud HARPPRECHT l. c. Cap. IV & VI. de aliis legitimis heredibus tradit, in Episcopatu Osnabrugensi & Monasteriensi exulant.

stitutio apud Osnabrugenses in subsidium recepta, vel certe non plane negligenda esse, fertur k).

§. XIII.

INTERDVM MORTVARIVM COLONI SENIO CONFECTI VEL HONESTE DIMISSSI, EST LOCARIVM VIDVALITII DVORVM ANNORVM.

Quodsi veterani coloni, sive senio confecti, sive alia honesta causa a praedio remoti, (*die Leibzüchter*), quibus finitis annis a lege vel domino determinatis, (*die Mahljahre*), vidualitum, (*die Leibzucht*), competit, extremum vitae diem morte conficiunt, dominus non uno eodemque modo fruitur jure percipiendi mortuarium. Aut enim veterani illi coloni loco vidualitii cum novis seu veris colonis praedium inhabitant, aut secus, id est, separatum aedificium, vidualitum dictum, occupant. Si posterius, utitur mortuario ordinario dominus l). Si prius, domino post eorum mortem tantum debetur, quantum est locarium vidualitii ex duobus annis. At, si hanc speciem posteriorem spectes, ea non extra omnem

k) Conf. Celeberrimi JCti Osnabrugensis, PHIL. ANT. GÜLICH, fautoris & agnati mei summopere colendi diss. de variis creditorum circa praestationes atque debita hominum propriorum juribus secundum jura Osnabrugensia. Harderv. CIO IO C CL VIII. §. I.

l) B. C. G. G. LODTMANN I. c. pag. XIX.

omnem est posita dubitationem. En verba constitutio-
nis ipsius m): Weilen auch öfters die Eltern, damit der Gutsherr keinen Sterbfall von ihnen haben sollte, bey den Jungen im Hause bleiben, so ist billig, daß die zeitige Colonie nach der Eltern Absterben dem Gutsherrn, anstatt des Sterbfalles, nach Gelegenheit des Erbes eine Erkenntlichkeit geben, welche jedoch nicht höher zu ziehen, als was die Leibzucht, soviel die dazu gehörige Ländereyen betreffen, in zwey Jahren zur heuer hätten tragen können; was über dem hinterlassen, fällt dem Gutsherrn auheim. Hic locus & obscuritate & contradictione labo-
rat. Pone enim, hominem proprium praedium filio-
cum mobilibus tradidisse, de quibus antehac defuncto
conjuge mortuarium quoad dimidiam partem tantum
perceptum est, quo ex fundamento dominus proprieta-
rius a mortuario ex altera parte competente excludendus
est, quum istud mortuarium locarium duorum anno-
rum vidualitii majorem in modum excedere possit? Hic igitur locus ancipitis est interpretationis. Primum
enim, si eum explices hac ratione, ne dominus plus
accipiat, quam locarium vidualitii duorum annorum,
non videtur a vero alienum, quia haec lex eo consilio
lata est, ne dominus privetur ex veteranorum colona-
rum voluntate omni mortuario. Deinde, si quis illi
hunc

m) Ord. Col. Osn. Cap. VII S. XIII.

hunc sensim adscriberet, dominum & locarium viduallii duorum annorum & illud, quod praeter hanc quantitatem reliquit veteranus mortuus colonus, percipere posse, non omni ratione destitutus censendus est. Nam haec lex expressis verbis prohibet, ne homines proprii liberis ex bonis mobilibus plus donent inter vivos, quam semiissem ⁿ⁾). Nec exigui ponderis argumentum ex eo recte petitur, quod legislator hujus legis exemplum, cuius autor ITHELIUS IVSTVS de VINCKEN, jurium patriorum peritissimus, perhibetur, non servaverit, sed illi haec dicta verba adjunxerit: *Was überdem hinterlassen, fällt dem Gutsherrn anheim.* Ut igitur exempli hujus legis mutatio cuique statim pateat, verba hujus loci transcribam: *Weilen auch öfters die Eltern, damit der Gutsherr keinen Sterbfall vor ihnen haben solle, bey dem Jungen im Hause bleiben, so ist billig, daß die zeitigen Coloni, nach der Eltern Absterben, an statt des Sterbfalls, dem Gutsherrn nach Gelegenheit des Erbes eine Recognition geben, welche doch nicht höher zu ziehen, als was die Leibzucht in zwey Jahren zur heuer hätte tragen können o).* Ex mea sententia ei adstipularer, qui hunc locum ita interpretaretur, ut locarium viduallii duorum annorum loco mortuarii, mortuis colonis veteranis, & bona immobilia,

quae

ⁿ⁾ Ord. Col. Osnabrug. Cap. VI. §. VI.

^{o)} De VINKEN l. c. pag. 92.

quae hi acquisiverint, cederent domino. Ex hac enim lege constat, bona ab homine proprio noviter acquisita eo mortuo, cedere praediop). Cum vero haec quaestio sit controversa, nihil tutius sibi consulat dominus proprietarius, quam ut cautelam LODTMANNI q) adhibeat, ut, scilicet, quum liberi conjugium ineant, dominus de mortuario (parentum) simul pactum interponat, quo evitetur postea ambages. Quam multi quotidie domini sequuntur.

§. XIV.

MORTVIS LIBERIS HOMINIS PROPRII VARIVS EST USVS MORTVARIL.

Perplexa est quaestio de mortuario liberorum hominis proprii. Hi, donec nondum manumissi sunt, in dominio sunt domini proprietarii, hinc eorum relicta mortuario aequae ac relicta coloni subjecta sunt. Leges autem patriae quoad successionem liberorum intuitu quotae filialis, vel dotis ex praedio paterno competentes, sequenti modo distinguunt. Aut *quota eorum filialis ex praedio parentum a domino est determinata*, aut non. Posteriori casu dominus in mobilia & nomina succedit, deductis tamen sumtibus funeris & aere alieno r); suc-

C 2

cessori

p) Ord. Col. Osnabrug. Cap. XI. §. II.

q) In comment. de divis. perf. §. X.

r) Ord. Col. Osnabr. Cap. VI. §. IV.

cessori autem praediali cum fratribus & sororibus, quibus dōs nondum promissa est, vel promissionem nondum ratihahuerunt, quota filialis cedit ^{z)}, Priori casu, aut defunctus XXV. annos excessit, aut non: si prius, dominus proprietarius heres universalis est, deductis sumtibus funeris & aere alieno ^{t)}, si posterius, dominus succedit in peculium, deductis, uti ajunt, passivis & sumtibus funeris ^{u)}, dōs vero promissa quidem, sed nondum soluta, successori praediali, ut & fratribus & sororibus, quibus dōs nondum promissa, vel qui promissionem nondum acceptarunt, cedit ^{x)}. Omnes isti casus de eo intelligendi sunt, quando filius nondum manumissus absque liberis decedit. Quid vero, si liberos reliquerit? Tunc cessant istae distinctiones, & regula locum habet generalis, quod dominus proprietarius cum liberis istiusmodi filii aequis partibus secundum regulas mortuarii succedat tam in quotam filialem promissam vel non promissam, quam in reliqua reicta bona ^{y)}.

§. XV.

^{z)} Verordnung wegen Auslobung der Eigenbehörigen Kinder de V. Decembr. c^o 10 CCLXVIII. §. XIV. Extat im Anhang zu dem Osnabrückischen Eig. Rechte, sub N. XXVI.

^{t)} Ord. Col. & Ord. modo cit.

^{u)} Ord. Col. Osnabr. l.c. §. IV.

^{x)} Ord. de V. Decemb. c^o 10 CCLXVIII. l. c.

^{y)} Quo de casu exstant testimonia statuum provincialium de

§. XV.

SOLO PACTO HOMO PROPRIVS EX IVRE OSNABRUGENSI
NON MANVMITTITVR.

Dixi (§ praec.), ut homo proprius non fuerit manumissus, requiri, si jus mortuarii locum habere possit. Dubium vero quandoquidem est, aliquisne adhuc sit homo proprius, an vero manumissus? Eo, e. g. in casu dubitatum fuit, si homo proprius de literis manumissionis, (*Freybrief*), cum domino pactus, ante ejus redemptioni vero mortuus sit, utrum scilicet hoc in casu liber, an servus, hinc, utrum juri mortuario adhuc subsit, an securus? Quod de jure quidem communni omnino hic pro libertate esse pronunciandum, negari nequit, quia non tam traditio scripturae, quam ipse consensus contractum validum reddit. Ast in episcopatu Osnabrugensi, & quidem vi specialis ordinatio-
^{z)} nis, contrarium constitutum est, ut scilicet homo proprius, licet de adipiscenda libertate cum domino pactus sit, nihilofecius tamen pro homine proprio habeatur, usquedum illas litteras pecunia numerata reluit. Id quod in specie de mortuario fancitum est, nisi vel

C 3

natu

episcopatus Osnabrugensis de anno c^o 10 CCLXXVIII. quae, quia memoria digna, in fine sunt annexa.

^{z)} D. IX. Maji c^o 10 CCLXVI. im Anhang zu dem Osnabrückischen Eigentums-Rechte, N. XXII.

natu primogenito ex speciali domini beneplacito liberitas sit promissa, vel coram testibus absque literis simpli- citer sit manumissus.

§. XVI.

VNA EADEMQUE MOBILIA VNA VICE MORTVARIO
SVBIECTA SVNT.

Quando homo proprius mortuarium defuncti con- jugis pecunia redemit ac omnia in natura, uti ajunt, retinuit mobilia, in posterum vero ea novis auxit, & per mul- tos annos in praedio vivit, tunc mobilia ista, quae ho- mo proprius jam redemit, denuo mortuario non sub- jiciuntur, sed liberis vel heredi praediali libera remanent, & dominus non nisi de reliquis mortuarium appetere potest,

§. XVII.

IVRE OSNABRUGENSI DATVR MORTVARIVM, NON DEDVCTO
AERE ALIENO, ETSI SIT SPECIES HEREDITATIS.

Anceps etiam quaestio est, utrum mortuarium intelligatur deducto aere alieno, an vero dominus pro- prietatis illud pure, rejectis debitibus, percipiat? Ordina- tio colonaria Monasteriensis ^{a)} statuit, debita passiva prius deducenda esse, si dominus proprietarius integrum hereditatem percipiat, si vero mortuarium pecunia redimatur, ab herede praediali debitâ antecessoris suscipien- da esse. Cum aequitate hoc convenire videtur, quum nulla

^{a)} Parte II. Tit. VIII. §. II.

nulla hereditas intelligatur, nisi deducto aere alieno. Ordinatio colonaria Osnabrugensis hac de re nil diserte disponit; dicit solum modo, si dominus proprietarius in jura liberorum defunctorum succediat, impensas funeris & debita passiva tunc deducenda esse ^{b)}. Et hanc ob rem regula generalis, quod debita prius deducenda sint, quam mortuarium capiatur, obtinere videtur. Quum vero Ord. Col. Osnabr. ^{c)} disponit, ut domi- nus proprietarius *impensas funeris solvat*, si totam univer- sitatem coloni mortui jure mortuarii percipiat; quando vero non solus succedat, sed colonus coheres fiat, tunc colonus istas impensas ferre teneatur; vera mihi videtur eorum sententia, qui statuunt, jure colonario Osnabru- geni debita, exceptis tantummodo expensis funeris, mortuarium non minuere ^{d)}.

§. XVIII.

ALIA EST CONDITIO HOMINVM, *Hausgenossen*, DICTORVM
AC ALIORVM HOMINVM PROPRIORVM.

Restat denique, ut de mortuario ^{e)} der *Hausge- nossen*

^{b)} Cap. VI. §. IV. Ordin. de V. Decembr. cccc LXVIII.
S. XIV.

^{c)} Cap. VII. §. X.

^{d)} Quocum convenient Illustris PHIL. ANT. GÜLICH in diff. supra cit. §. LX. B. LODTMANN I. c. §. V. illustris IVST. FRID. AVG. LODTMANN in diff. varia juris civ. Osnabrug. capita. Cap. I. §. VII & VIII. de VINCKEN I. c. Cap. IV. §. VII. Cap. VI. §. II.

^{e)} Si ita appellare fas sit. Vid. B. LODTMANN de divis. perf. §. XXXII. in nota.

noffen f) pauca dicam : Sunt autem hi generatim homines proprii associati curiae seu curti, qui juribus gaudent communibus *g*). Qui vel servi, vel quodam modo liberis *h*), vel perpetui vel temporarii *i*) sunt, & domino regulariter certam pecorum quantitatem loco mortuarii debent *k*). Et quia omnes omnino homines in Episcopatu Osnabrugensi degentes, qui non sunt nobiles, clerici, vel civicae conditionis, vel qui non in urbe, aut praedio nobili sedem habent fixam, sub alicujus domini vivere debent protectione, (*Hode, Schutz und Schirm*), sin secus, iis fatis functis, fiscus succedat *l*), hocce hominum genus, quod sub protectione quadam vivit, domino, non fisco mortuarium debet. Unde intelliges, die *Hausgenoffen* non fieri *Biesterfrey m*), sed tantum *Bellmündig n*).

ADDITA-

- f) Ignoro, fateor, vocem latinam, quae dem *Hausgenoffen* tribui possit. Vocantur *ministeriales* apud *MASCOVIVM* in Notit. juris Osnabr. Cap. V. quem merito carpit b. *LODTMANN* l. c. in fine. Vociis *τρυπανίων* inquirit Perill, *GEORG. LVDOV. BOEHMER* in praefatione ad *STRODTMANNI* tract. de jure curiali litonico. *Göttingae CIO IOCC CLIV.*
- g) Acta Osnabrugensia, I. Th. II. Stück, Seite 113.
- h) b. *LODTMANN* l. c. §. XXIV. seqq.
- i) *Osnabrückische Unterhaltungen* de anno CIO IOCC CLXX.
- k) Vid. Ord. de V. Dec. CIO IOCC LXVIII. (in not. s. ad §. XIV. cit.) §. IX. b. *LODTMANN* l. c. §. XXIV.
- l) Perill. *BOEHMER* loc. cit.
- m) F. E. W. *SCHELVER* diss. inaug. de statu hominum in patria Osnabr. nominatorum *Bissenfreyen*. *HARTMANN*. diss. inaug. de jure protectionis clientelaris Osnabr.
- n) Perill. *MOESER* *Einleitung in die Osnabr. Gesch.* §. Ll. not. f.

ADDITAMENTVM

ad §. XIV. nota y.

Unterthänig gehorsamste Anfrage und Bitte
V. S.

Dris. GÜLICH

Praef. in Capitulo
d. 2ten May 1778.

die Beerbtheilung eines im Eigen-
thum verstorbenen Sohns betreffend,
im Fall dieser Kinder nachgelas-
sen hat.

Hochwürdige,
Hochwohlgeborene Freyherren,
Wohl- und Hochedelgeborene,
Gnädige und Hochzuehrende Herren!

Die Beerbtheilung der Eigenbehörigen Kinder, so ihre Freyheit nicht erhalten haben, ist ein intricater Punct in den Eigenthumsrechten, und die desfalls vorkommen könnende Fälle sind, in der Eigenthums- Ordnung so wenig, als in dem Edict von der Auslobung der Eigenbehörigen Kinder, sämtlich nicht entschieden. Gleichwohl kann nicht fehlen, daß folgender nicht entschiedener Fall bey dem Guts-Herrn mehrmals vorgekommen, und desfalls eine Observanz hergebracht sey, worüber ein gewisser Guts-Herr Euer Hochwürden Hochfryherrlichen Gnaden auch Wohlgeborenen Zeugniß und Hochgeneigte Erklärung sich ausbittet.

Von einem eigenbehörigen Praedio gethet ein Sohn ab, ohne den Freybrief vom Guts-Herrn nachzusuchen, und ohne seinen Brautschatz sich Gutsherrlich ausloben zu lassen; Er verheyrathet sich, zeugt Kinder, beyde Eltern sterben, und Kinder bleichen zurück. Es ist die Frage: Wie wird es hier, in Ansehung der Beerbttheilung des im Eigenthum verstorbenen Sohns, gehalten? Können die Kinder von dem Guts-Herrn noch die Auslobung des Brautschatzes ihres Vaters fordern? Oder bleibt solcher im Praedio zum Besten des Anerben oder Coloni? Und wird in diesem Falle der Guts-Herr von aller Erbfolge ausgeschlossen, und sogar um die Jura des Freybriefes gebracht?

Die Eigenthums- Ordnung C. 6. §. 4. giebt folgende Entscheidung:

Verstirbet ein Sohn oder Tochter, so ficht auf ihre eigene Hand gesetzet, oder in ihrer Eltern Haus, oder auch bey andern Leuten sich ein Peculum erworben, solche erbtheit der Guts-Herr, wenn sie über 25 Jahr alt sind, und ihnen mit Consens des Eigenthums-Herrn ihre Filialquota vom Erbe ausgelobet worden. Ist aber solche Auslobung nicht geschehen, und die Person verstirbet dabey unverheyrathet, so kann der Guts-Herr nichts mehr, als was solche unausgelobte und unverheyrathete Person etwa ausgeliehen, nach Abzug der Begräbniskosten und Schulden, ererb.

Aus diesen Worten lässt sich der Schluss a Contrario machen: Ist die unausgelobte Person verheyrathet, so gilt diese Disposition nicht, sondern es wird anders gehalten. Wie aber? Soll 1) der Guts-Herr von aller Erbfolge ausgeschlossen werden, so dass er weder ausstehende Gelder, noch sonstige Mobilien, noch auch et-

wa-

zus von dem ausstehenden Brautschatz erbt, sondern sol 2) alles den Kindern verbleiben, diese Universal-Erben des im Eigenthum verstorbenen Vaters seyn, und noch das Recht haben, aus dem Praedio den Brautschatz zu fordern, ohne dass einmal der Freybrief bezahlet worden? Beydes scheint aus dem obangeführten 4. §. der Eigenthums-Ordnung zu folgen; Gleichwohl ist er schnur gerade wider den §. 2. C. 6. wo es heisst:

Wenn ein eigenbehöriger Mann oder Frau verstirbet, er oder sie seyn ihres Guts-Herrn Colonus oder nicht und wohnen auf seinen oder andern eigenen oder auch freyen Gütern, so wird der- oder dieselbe dennnoch vom Guts-Herrn geerbtheitet.

Was hilft dieser §, der die generale Regel der gutsherrlichen Beerbttheilung fest setzet, wenn man gleich im obigen Fall sagen wollte, der Guts-Herr soll nichts haben, es soll alles den Kindern verbleiben, und diese sollen dazu vom Guts-Herrn noch die Auslobung des kindlichen Anteils fordern können?

Letzteres scheinet außerdem dem §. 14. der Verordnung von Auslobung der Eigenbehörigen Kinder von 1768 zuwider zu seyn, wo es heisst:

Daß wenn ein Kind verstirbt, ehe demselben sein kindliches Anteil von dem Guts-Herrn ausgelobet worden, so dann dieser Theil dem Anerben und den übrigen abgehenden Kindern, welche von dem Guts-Herrn noch nicht ausgelobet worden, — oder dem Anerben allein zu gute kommen.

Ob hier die nachgelassenen Kinder eines solchen, im Eigenthum verstorbenen Sohnes, eine Veränderung machen, davon wird nichts disponiret, und scheinet es also bey der Regel bleiben zu müssen.

Auch scheinet es, daß man bey diesem Fall darauf Rücksicht nehmen müsse, daß, wenn den nachgelassenen Kindern des im Eigenthum verstorbenen Sohnes die einzige Beerbung ihres Vaters zugelassen werden sollte, solches Gelegenheit zur Hintergehung des Guts-Herrn wegen des Freybriefes geben können. Keiner wird einen Freybrief mehr fordern, wenn seine Kinder ohne solchen alle Vortheile der Freyheit geniesen können, des Nachtheils zu geschweigen, so ein Guts-Herr davon haben kann, wenn die Auslobung nach langen Jahren, wo der ehemalige status Praedii nicht mehr bekannt, oder mithsam zu erweisen ist, nachgesucht wird, und der rückständig und unabgefördert gebliebene Brautschatz, einem vacant werdenden Praedio zur Last bleibt.

Ueberhaupt ist zu bemerken, daß die Landes-Verordnungen in Ansehung der Beerbtheilung eines im Eigenthum gestorbenen Kindes auf den Fall gar nicht gesehen haben, wie es damit gehalten werden soll, wenn er Kinder nachgelassen hat. Und dennoch kann solcher Fall auf dreyerley Art vorkommen.

1) Wenn der Guts-Herr den Brautschatz ausgelobet hat, und das abgehende Kind unter 25 Jahr ist,

2) Wenn solches über 25 Jahr alt ist, und

3) Wenn der Brautschatz vom Guts-Herrn nicht ausgelobet ist.

Es ist die Frage: sind diese Fälle auf einerley Art mit dem Falle zu entscheiden, wenn keine Kinder nachgelassen sind, oder ist ein Unterschied da, und welcher?

Ew. Hochwürden Hochfröherrlichen Gnaden und Wohlgeborenen, werden daher unterthänig gehorsamst gebeten, die hochgeneigte Erläuterungen über obige Fälle mitzutheilen, damit ein Guts-Herr den Regeln des Rechts und der Billigkeit nachkommen könne.

P. A. GÜLICH Dr.

Ein

Ein Hochwürdiges Domkapitel ist vorramlich der Meinung, daß, obgleich bey den Domkapitularischen Eigenbehörigen der Fall, daß ein von der Stette ohne Freybrief und ohne Auslobung des Brautschatzes gegangener Leibeigner Sohn mit Hinterlassung einiger, mit einem freyen Weibe eberlich erzeugten Kinder verstorben seye, der geschehenen Erkundigung nach nicht vorgekommen; jedoch nach der in der Nachbarschaft, besonders in der Herrlichkeit Füchtorf Hochstifts Münster herrschenden Observanz in Absicht auf den Sterbfall und den unausgelobten Brautschatz darunter: ob der im Eigenthum verbliebene Sohn Kinder hinterlassen habe, oder ohne Kinder verstorben seye? kein Unterscheid zu machen, mithin die ohne Zustimmung des Gutsherrn vollenzogene Heyrath als eine Beschränkung der Gutsherrlichen Befugnis nicht zu betrachten: Uebrigens aber die Geburt wegen ihres Standes nach der Kondition der Mutter zu beurtheilen seye: Resolutum in Capitulo d. 2ten May 1778.

A. J. KAMPS.

Die Hochadeliche Ritterschaft hat es in solchen Fällen, wie der in proposito Casu ist, niemahls anders erfahren, als daß der Gutsherr seinen Sterbfall und die Kinder ihre Auslobung bekommen haben. Ref. in Cong. Eodem.

SCHELVER.

Civitat.

Civitat. sind der Meinung: daß ein Gutsherr die von
seinem Eigenbehörigen Praedio abgebende Kinder zu Auslö-
fung eines Freybriefes nicht anhalten könne, wogegen er aber
dieselbe, sie seyn verbeyrathet oder nicht, wenn sie etwas er-
worben und was ihnen ex Praedio ausgelobet ist; oder noch
ausgelobet werden muß, nach ihrem Tode juxta verbum der
Eigentums - Ordnung C, 6. §. 2. beerbt heilen, das ist,
wenn Kinder vorhanden, deductis sumtibus funeris & aere
alieno, mit den Kindern theile. Resol. in Colleg. Civit.
den 19ten Januarii 1779.

MEUSCHEN.

